



CUM DEO.

§. I.



Indigna Philo-

sopho vox est : τὰ ἄνω ἰδέν
περὶ ἡμᾶς, id est, quæ supra nos,
nihil ad nos. Iis, qui de fæce ple-
bis sunt, hoc & alia id genus effa-
ta relinqvamus. Nos statuamus
potiùs, DEUM quædam in Na-
tura supra nos suspendisse, atqve
oculis exposuisse nostris, ut, ea

contemplaotes, admiremur summam Creatoris sapientiam &
majestatem. Atqve id uti de omnibus aliis rebus in alto positis,
ita de iis cum primis, quæ in Physicorum scholis Meteora appel-
lantur, valere dicendum est. Quod ne quis dubitet, audiamus
modò, quantò ipse sacer Codex opere contemplationes has Me-
teorologicas nobis commendet. Nam in libro Jobi ipsemet DE-
US Optimus Maximus Magisteriale, ut ita loqvar, examen cum
illo afflictionis filio instituit, de patre pluvix, de nivis genitore,
de glaciei & gelu matre. Et David, Vates non Phœbo, Deastro fi-
ctitio, sed Spiritu Sancto, vero & immortalis Numine, plenus,
grandinem, nivem, glaciem & procellas in laudes Creatoris